Judeus in causam attractus personaliter comparens praetensionemque Actoris percipiens negat absolute totam contra se erectam Actionem. Cum itaque Actori proba incumberet, et etiam Art. 70. Anni 1715. praescribente Literas de debito se habuisse et amisisse allegans assertionem suam sufficienter probare deberet, Actor ad comprobandum suam expositionem obligatus haberetur, nullum autem ad comprobandum eandem adferre quivisset documentum, eo res devenit, quod causam praesentem Juramento terminari debere visum fuerit. Hac autem occasione exorta est Quaestio, utri partium Juramentum imponendum veniat? Pars siquidem Actorea illud parti Incusati ex eo, quod Judaei, aliunde etiam Christiani nominis hostes, praecipue ex Judaismi tenebris ad lucem Christianae veritatis conversis infensos ac de Lege ipsorum contra Christianos false jurare admissum haberi allegans, imponi non posse adiungeret.

E converso pars Incusati inauditum hoc esse, ut Actori nihil plane probanti Juramentum imponatur, quippe id si admitteretur, pessimas consequentias exinde sequi debere adstruebat, addens etiam hanc circumstantiam, quod licet idem Actor in praescripto Monasterio existens praetensiones suas contra partem Incusati habitas specificaverit, iisdem

\* A zárójelben levő szavak a kéziratban átalhúzattak,

D. M.

que Provisor exhibitis contentationem consecutus sit, modernae tamen praetensae acquisitionis nec mentionem fecisset, quam si habuisset, tamquam maximi momenti subticere voluisse praesumi nullatenus posse.

Ad quod Pars Actorea reposuisset, verum esse, quod Incusatus obvertit, ast ideo hujus praetensionis mentionem non fecisse asserebat, quia Incusatus haebraice ipsum requisivisset, ne eatenus mentionem faceret ad confusionem ipsius, promittendo contentationem. Incusatus autem hoc pariter negavit esseque simplicem assertionem atque probationi obnoxiam allegavit. Accedebat ad haec Dispositionis Tit. 32. Partis 2-dae oper. Decreti Tripartiti consideratio expresse statuentis, quod in causis Mutui seu debiti, ubi Actor nullum probabile documentum adducere possit Reus propria in persona jurare debeat. Quod autem Judaeo etiam contra Christianum Juramentum imponi possit, constaret manifeste ex tit. 36. Part. 3. dicti Operis Tripart. NB. a capite.

His die praescripta tractatis et examinatis accersitus est etiam pro informatione Reverendus Dominus Franciscus Frischman alter capellanus Arcensis, qui cum Actore, a quo idem Matersdorffium venisset, notitiam habet imo insinuantem suam ad conversionem intentionem, ad praenotatum Monasterium ipse adduxisset pro capienda instructione. Retulit idem Dominus Capellanus se percepisse ex Lotrice Actoris, Mulliere Christiana, quod idem Actor ea nocte, qua se per Incusatum ligatum in Cellarium dejectum et sequenti die avectum fuisse praetendit, apud eandem Lotricem pernoctaverit, imo sequenti etiam die visus fuerit. Tum ex hac relatione proinde, tum vero quia incredibile est, quod si non prius, saltem in Trajectu Posoniensi unico ipsum Auriga Judaeo vehente, semet auxilio aliorum liberare non potuisset, non levis contra ipsum intuitu secundi propositionis ipsius membra suspicio accrebit, praesertim cum de his examinatus non aliud attullisset causam, quam se ex timore et desperatione non clamasse auxiliumque advo-  
casse, cum tamen causam justi timoris et desperationis adfuisse non dignosceretur. Caeterum ulterior causae praesentis investigatio ob speratam etiam titulati Reverendissimi Domini Praepositi praesentiam in diem immediate sequentem rejecta fuit. Quo recurrente Praesentibus Domino Praeposito et Reliquis suprascriptis Dominis praeter Patres Franciscanos omnibus causa praesenti reassumpta existente —

1-o. Habuit secum Pars Actorea quandam aequem ex Judaeo conversum Christianum, retulit iste, quod Incusatus cum Genitore suo ipsum tentaverim, quarenam cum Actore teneret eundemque quasi patrocinio adjuvaret? probabiliter medium partem sperati Lucri sibi promissam haberet, Actorque quod nullam Incusato pecuniam mutuaverit, eidem

confidisset, et praetera quatenus ab Actore recedere, aut vero eum nullam pecuniam Incusato mutuam dedisce asserere vellet, cum oblatione trium aureorum Ducatorum sollicitaverint, quod tamen in confrontatione delati hac in parte Judaei absolute negabant, et Deferente et Judaeis illo scilicet pro assertione sua, his vero pro negativa Juramentum offerentibus.

2-o. Reflectebat deinde Partem Actoream pars Incusati, quod tempore Actionali, in medio videlicet Majo Anno proxime praeterito 1727. praetendens in Servitio ipsius amplius non fuerit, adeoque nec pecuniam suam praetensam mutuam dedisset. Ad quod Pars Actorea reposuit id Anno 1726. circa dictum tempus contigisse, seque errasse in temporis specificatione,

Quibus omnibus diligenter investigatis, consideratis et ruminatis, quamvis personae Ecclesiasticae specificatae ex eo, quod maior sit praesumptio de veritate Juramenti per Christianum contra Judaeum depositi, quam e converso, et quod Judaei juxta ipsorum Leges contra Christianos impune jurare permitti a quibusdam credantur. Item quod modo praevio falsum Testimonium pecunia conducere voluisse delati fuerint, eo inclinassent, ut Juramentum Actori deponendum imponatur, personae tamen Saeculares omnes contrarium sentientes; tametsi secundum Juris vigorem, iuxta quem universaliter Actori proba incumberet, eodem vero non probante Incusatus simpliciter absolvvi consuevisset, tanto magis quoniam sensu praeattacti Articuli 70. Anni 1715. Literas de debito habuisse, easdem vero amisisse asserens assertionem suam sufficienter non probans causa cadere soleret, Partem Incusati simpliciter absolvvi posse videretur, considerata nihilominus causae praesentis qualitate, quandoquidem Mutui seu Debiti esse comperiretur, in tali autem Causa juxta praeceitatum titulum 32. part. 2. Actore nullum probabile documentum adferre queunte, in causam attractus sola sua in persona juraret, nec obstaret quod unus Judaeus, alter ex Judaeo Christianus esset, Lege quippe nullam faciente distinctionem, sed neque praetensa contra eum ac Genitorem ipsius obversa ad falsum testimonium prohibendum praetensive attentata seductio probari posset tanquam per solum quasi Patronum Actoris asserta, super qua etiamsi Juramentum deposuisset, probata tamen neutiquam intelligeretur: Eapropter Juramentum eidem Incusato et non Actori adjudicandum venire una mecum existimaverint; Cui sentimento re expost potius considerata consulens etiam Jura Canonica Titulatus quoque Reverendissimus Dominus Praepositus suum votum adjunxit.

OL. Esterházy cs. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. C., N. 78. — D. M.

1729. március 30. Pozsony. A kismartoni zsidó község folyamodván gr. Erdödy Györgyhöz, a Magy. Kamara elnökéhez, hogy a régi census, melyet a község eddig fizetni tartozott, megmaradhasson változatlanul, kedvező választ nyer.

Hoch und Wohl Gebohrner Herr Graff, Gnädigst-Hoch Gebieten-  
der Herr Herr.

Esz werde Euer Hoch Gräfflichen Excell: ohne weiterer Anleegung von selbsten annoch in Gnädigster Gedächtnus Ruhen was gestalten wür arme Juden Gmäinde in Eysenstadt wegen der uns auff getragenen Schutz Geldern, Undt von dem Löblichen Eszterházischen Rändt-Ambt alda einzurichten Vermäinthen Neuerungen Uns unlängst demüthigst beschweret, undt hierumben uns bey dem Uhralten Herkommen in quieta Possessione Leben zu lasszen unterthänigst gehorsambst gebeten haben.

Zumahlen aber von Euer Hochgräfflichen Excell: wür bis dahero mit der ausz gebetteten Confirmation des Uhralten Herkommens unconsolirter geblieben undt in mitler zeit mit der angedrohten Neuerung Ferners angefochten werden. Sintemahlen aber Euer Hoch Gräfflichen Excell: als ein Gottliebender Justitiarius in Gnädigste Beherzigung ziehen werden, das wür ohne den bej Leyder unter Uns schon allzu grossz eingerisszener armuth wegen der auch schon Erbärmlich ausz gesaugten Betrübten Leyder mit dem mündesten Handl, oder Wandl unsern armen weib undt Kindern das erforderlich Täglich Brodt fast nicht mehr zu gewinnen, imo Unsere alte gewöhnliche Schuldigkeit Unserer Gnädigsten Herrschafft wie willig undt schuldig alsz fast unmöglich mehr abzufuhren undt offmahlen woher zu suchen nicht wiszzen, dannoch Bey gem...sten lasszender uhralten Gewohnheit all möglichen Fleisz (:umb unsere gewöhnliche praestanda allwegs praestiren zu können:) an zu wendten nicht ermanglen wollen, Weillen dann nun Bey Lebzeiten Hochseel: Gedächtnus Fürstens Pauli von Eszterházy die einrichtung dergestalten hierin fahls also Beschehen das jedes Grossze Hausz von zwej oder drej aigen-thumblichen Besitzern Bewohnter all Jährlich nicht mehr dann 20 fl. die Kleinere aber von zwej Besitzern nur 12 fl. in das Löbl: Rändt-Ambt abzuführen, von denen anderen Inwohnern aber sothaner Behausungen absonderlich jede Parthey sechs gulden Schutz Geld gleichfahls all Jährlich zu erlegen haben sollen, Beschlossen worden. Gleich wie auch nach Hochsee: Gedächtnus deszsen ableiben auff zwej Partheyen Uns die gewöhrn A: et B: gnädigst ertheilt vigore der Ambts quittungen C: D: auch von Beeder Besitzern eines Hauszes dem alten Herkommen gemässz nicht mehrer dann 20 fl.

von grosszen, von Kleinen Häusern aber zweyen Besitzern nur 12 fl. Jährlich abgefördert, Bezahllet, undt unweigerlich acceptiert worden. Die übrige Innvohner auch so keine Veri possessores der Heuser waren, und nur in Zins sitzen, dasz gewöhnliche Schutz Geldt, absonderlich zu Bezahlen verpflegen.

Dahero gelanget an Euer Hoch Gräff: Excell: und Gnaden Unser reiterato unterthan: gehor: anlangen nebst demüthigsten Bitten, dieselbe geruhnen in Beherzigung all obangezogener revelanten Motiven uns auch nach Fürohin bey diesen Uhralten Herkommen, undt ob verstandeter Maasszen Hochfürst: Beschlosszenen Gnädigsten einrichtungen Ruhig verbleiben Gnädigst dabey zu Manuteniren in Mündesten dawider nicht Beschwehren, Sondern alles Mild-reichst zu confirmiren undt hierüber die behörige Verordnung zu ergehen Ihnen gnädigst Belieben zu lasszen, zu welcher aus gebettener Hocher Protection uns Empfehlen. Euer Hoch Gräff: Excell: undt

Gnaden Unterthänigst, Treu, Gehorsambste

N: N: Richter undt Geschwohrene, wie auch die gesampte arme Juden Gemäinde in Eysenstadt.

Kívül: Ad Excellentissimum Dominum Comitem Georgium Erdödy, Camerae Praesidem etc. (:tit) factae Instantiae Indorsatio:

Innbenanthen Supplicanten zu Verlässziger Nachricht, das nach deme deren ansuchen bey dermählischen gerhabsschaff Commission Vorkommen für Hochlöb: gerhabsschafft dieselbe keines weegs mit einer Er Neuerung zu Beschwehren begehret, Sondern viell mehr die Verordnung dahin Beschehen, das von dennen Häusern wahr sie Supplicanten von alters her besitzen, der vormahls zu reichen gewöhnliche Schuldige Zins, nebst dem von einer jeden Parthey gebürlichen Schutz geldt bezahlet werden solle.

Presburg, den 30-ten Marty 1729.

(:L. S.)

Per Canzley alda ex praesidio.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N. 37. — D. M.

1090.

1729. május 27. Bécs. Joseph Aaron, a kismartoni zsidóság két évvel ez előtt volt feje, Hardegg György grófhoz intézett jelen memorandumával Hirschel és Mayer Austerlitz kismartoni kereskedők ellen való keresetét ismerteti és annak törvényes támogatását kéri.

Excellentissime, Illustrissime, ac Generosissime Domine, Domine Sacri Romani Imperii Comes! Domine ac Patrone Gratosissime.

Quod Illustrissimam, Generosissimam, ac Gratosissimam Excellen-tiam Vestram supplicibus hisce Literis submississime implorare non dubitem, eo magis me summa cogit necessitas, quo minus Eadem ulte-rius tegere celareque possum; Quemadmodum Judaei Eissenstadien-ses, prae et cognominibus suis, Hirschel et Mayr Austerlitz, Decima octava Die mensis Maÿ novissime Elapsi, Delabentis Anni, quo nempe tempore Eissenstadÿ Praesens fui, me, hac causa, ad Dominum Inspec-torem Eissenstadiensem vocari et citari effecerint, quia firmiter credi-tere\* me, illis, ista Documenta et Instrumenta, quae a Jacobo Fischbach coriario Loiberstofiensi et quidem unum illorum per: 448: fl:, alterum per: 263: fl. penes me habeo, statim traditurum; Ego autem loco hujus a Dictis Judaeis Austerlitz speratae Documentorum et Instrumentorum traditionis occasionem sumpsi, Memoratum Dominum Inspectorem de toto Negotii decursu, mediante vera rei narratione plenarie informandi; cum vero interea externe aliquoties jam jam audiverim, ad Excellentissimam, Illustrissimam, Generosissimam, Gratosissimamque Domina-tionem Vestram relationem narrationis, dicam, informationis meae, con-tra me, in favorem illorum Austerliz, ex integro sinistre factam Proto-collumque aliquod, quod tamen conscribi ego haud vidi, transmissum esse, ego interim, Justissimis Notisque ex causis, non vane suspicor, Facti speciem, meae narrationis conformiter, Dominum Inspectorem vix transcripsisse; Igitur necessitate infallibili et inevitabili pressus, Illustrissimae, Generosissimae, Gratosissimaeque Excellentiae Vestrae Eundem ad modum, secundum incorruptam rei veritatem, impraesen-tiarum rem quoque ita detegam; Quod nimirum Memorati ambo Aus-terliz mihi dicta Instrumenta documentaque Fischbachiana A. 1727. una cum obligatione sua idcirco tradiderint, quia coriarius ille Fischbacher, duas vineas, istis, pro Hypotheca, obligavit, quibus pro vinetis, si praeter culturae expensas, consuetas emptionis summae usuras importas-sent, ego emptorem et quidem liberum Baronem scivissem et procurare potuissem: Quoniam vero contrarium elituit, apparuitque, Mentionatos Austerliz Annis 1727 et 28 ex fructibus perceptis, vix culturae expensas consuetas accepisse, sperata emptio, venditio celebrata haud est: Ambo interea Austerliz me omni modo possibili rogabant, ut obligationes Fischbachianas, meo sub nomine, adhuc imposterum relinquerem, quod illis etiam, attamen absque minima obligatione mea, et periculo, annui, hujusque in recognitionem, mortis ob incertitudinem in lingua hebraica, reversurum ipsis tradidi, vi cuius Instrumenti privati, dictae obligatio-nes, uti proxime supra memoratum est, sine mea obligatitione et peri-culo stent, et currant, pecuniaeque, si solverentur, ad ipsos Austerliz pertineant; Ex post facto autem Judaei hi a me valutam 800: fl: acce-

\* „creditere” hibás írás a kéziratban credidere helyett.

perunt, et in hujus summae solutionem, mihi duas cambiales schedulas, et quidem cum plenissima hujatis fori cambialis agnitione, ad meam ordinationem Viennae solvendas, proprie solo literas tradiderunt, adeoque mihi 800: fl: liquidissime Debent, quas ego deinde schedulas sub Giro, consequenterque cum oblico meo, alicui tertio, Mercatorum, Negotiatorumque More, ulterius distraxi et tradidi; Interim Debitores mei neque has neque alias suas cambiales Literas solventes redemerunt, sed omnes illas Publicae praejudicioraeque protestationi subjecerunt; Immo seipso, non amplius de solvendo facultatibusque suis lapsos esse libere declararunt et confessi sunt, hunc in finem, facultatum suarum aerisque alieni descriptionem apud Judicem, praeter omnem meam aliorumque suorum Creditorum spem et opinionem deposuerunt, quapropter creditorum plurimi, quantum saltem mihi patet, sub termino dupliciter quinteno, Judiciali Scriptura, respective ad concursum, convocati et citati sunt; Id quod autem me nec in minimo tangit, cum directe nullam contra illos habeam praetensionem, omnino autem per indirectum, nam unusquisque dictarum cambialium schedulerum Possessor (:ut consideranti patebit:) casu, quo illi Debitores Austerlitz solutionem istarum non praestarent, uti fortassis vix praestabunt, satisfactionem suam a me, utpote Girante, petiturus esset. Id quod semper pertimescere et expectare habeo; Enimvero ipsus negare haud valeo, quod per Giro (:uti vocant) meam obligationem fidejussoriam, quoad capitalem summam, usuras seu Interesse, expensas et damna aliaque secundum Jura cambialia, pericula in me susceperim; traditis autem Documentis et Instrumentis Fischbachianis, caeteroquin non adeo validis, cum nempe iste Fischbacher homo sit vilium facultatum Mentionataeque ambae vineae vix 250: fl: si venderentur, valerent, securitas ergo mea dictis Documentis et Instrumentis nullatenus adeo (:uti fors creditur:) pinguis est, attamen absque his omnino nudus et inermis essem, nilque aliud nisi flebile Beneficium, regressus satisfactionisque meae loco, residuum haberem, et nescio, quamdiu solutionem exspectare deberem; quod ipsum revera eo minus a me peti potest, quo apertius cunctis Juribus ipsique Justitiae adversatur, quod ego saepius repetitis Judaeis Austerliz, hominibus, prout ipsi fassi sunt, depauperatis et impotentibus cultrum meum ad proprium collum Jugulandum tradam pecuniasque meas in illorum favorem et commodum dilapidem; Quo contra optimo retentionis jure gaudeo; sitque mihi, in casum futurum, Instrumenta Fischbachiana reservo; Spero igitur firmissime et peto, in optima Juris forma, humillime, ut Illustrissima, Generosissima, et Gratosissima Excellentia Sua Clementissime dignetur pro innata Sua aequanimitate summoque Justitiae zelo ac fervore, per definitivam pronunciare sententiam, quod ego eousque, donec dicti Austerlitz quaestionatas cambiales Literas solvendo non redemerint, vel mihi sufficientem omni ex

parte et numero in securitatem meam, satisdationem praestiterint, et sic ego de credito et Giro meo plenissime securus redditus sim, ad extraditionem Documentorum et Instrumentorum Fischbachianorum neutiquam tenear, consequentia ergo immediata Adversarii mei a limine Justitiae absolute repellendi sint; super quibus omnibus, plenam Juris ac Justitiae administrationem, Nobilissimo Domini Domini Judicis officio humillime Implorato, firmissime sperans ad summas uniteque exoptabiles gratias et favores me submisssime accommendans sum et permaneo, qui etiam Emorio

Viennae in Austria, 27. May 1729.

Illustrissimae, Generosissimae et Gratiissimae Excellentiae Vestrae Servus Humillimus et submississimus Joseph Aaron.

*Külső címzése:* Excellentissimo, Illustrissimo, ac Generosissimo Domino, Domino Georgio Comiti de Hardethe, Plurimarum Dynastiarum Serenissimi Domini Domini Principis de Esterhazi tutori ad manus Gratiissimas Literae Supplices submississimae Joseph Aaron contra Ambos Socios Hirschel et Mayer Austerliz...

OL. Eszterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N. 39. — D. M.

1091.

1729. június 15. Lakompak. Pollak Raphael kismartoni zsidó hagyatékának a hitelezők között való felosztásának terve, melyet Rhorer István, az Esterházy-féle jószágok egyik inspectora, készített és a lakompaki úriszék helyben hagyott.

Post e vita discessum Judaei Raphaëlis alias Judaica nuncupatione Fole Polak dicti subdit Dominj Kismartoniensis circa Eiusdem relictas facultates, Activa item et Passiva Debita de more et ordine Inventarium sumpta sequitur deducta Species facti sequenti synoptica.

Imprimis inventata praevio modo Substantia prouti per relictam vi- duam Judaeam simpliciter et libere revelata habetur, extendit se tam in mobilibus quam immobilibus in universum ad fl. 7830. cr. 34  $\frac{1}{2}$

Debita vero Passiva pari passu dictata exportant

in unum

fl. 8986 cr. 33.

Exsuperant itaque Debita substantiam in fl.

1155 cr. 58  $\frac{1}{2}$ .

Quamobrem procul dubio Creditores in tantum, in quantum fal- cidiā pati oportet, sed quia diversorum diversa esset ratio, ideo dis- quisitione inter Creditores facta compertum est, eos partim esse Christianos, partim vero Haebraeos, et quidem inter Christianos duplicitis esse ordinis, primi ordinis, qui erga acceptam Syngrapham paratam mu-

tuarunt pecuniam, secundi autem ordinis dignoscuntur mercatores, qui mercimonia haec et illa sua ad pretium pecuniarium reducta creditarunt.

Jam considerato eo, et penitus ad aequitatis Trutinam ponderato, pensitatoque, quod praetacti primi ordinis Creditores Christiani diversae Conditionis et Status paratam pecuniam suam novit Deus quanto fatigio, quibus curis, solicitudine, et acerbo manuum labore sudoreque comparatam bona fide absque enormi usura, sed solummodo legalem erga censem mutuaverint, dignum sane aequitatique consonum censeri, uti ȳdem, licet respective quoad Interesse cum amissione alicuius rati, in Capitali tamen de pleno et absque falcidia contentatione sortiantur.

Secundi demum ordinis pariter Christiani, uti praeferebatur, mercatores, qui merces suas ad appretiatum valorem reductas, consequenterque cum reflexione iam inibi comprehensi lucri, nec ob hoc Praetensi, vel Praetendendi valentis Interesse, quia aliunde cum lucro et foenore creditarunt, nec nimis onerosum nec iniquum videri, si a proportione fatalis iacturae descentis Debitoris ipsi quoque falcidiā patientur.

Circa Judaeos tandem Creditores, siquidem perfidae Gentis huius ingenita vafricia, dolus et mille modis defraudandi avida astutia nunquam satis scrutari possit, proinde in hac quoque materia specificatas suas quoad Praetensiones, de collusivis deceptionibus non dubitari, quid vetat, praesertim dum proprius defuncti filius binas fl. 1250 contra Parentem obligatoriales insimul complexos producat, similiter vidua relicta pro morigaba sua 900 fl. praetendat, eiusmodi tamen obligatoriarum confectio et subscriptio genuinane sit? perfidiae ipsorum constabit, quid porro etsi jurarent, ad veritatem eliciendam faceret, dum complurimorum iam baptisatorum concordibus passionibus habemus Gentem hanc non Sanctam in damnificationem Christianorum ad quot quot Juramenta et Ejurationes promptam fore et pronissimam. Praeterea de residuis eiusdem farinae Creditoribus medio Combialium Schedarum Suarum Praetendentibus id quoque certum fixumque haberi, quod eiusmodi Schedas Cambiales inclusa ad duodecim et ultra adeoque illegali cum Interesse extensas formare soleant.

Idcirco adductis ex rationibus, motivis et Causis nec iniquum nec Justitiae difforme videtur massam praespecificatam respectu transcendentium Praetensionum taliter subdividere, utpote massa, ut iam supra habetur, consistit summariter in fl. 7830 cr. 34 $\frac{1}{2}$ . Hinc si praevio modo primi ordinis Creditores praemissa ex ratione absque falcidia capitalis contentabuntur, et Capitales summae supputabuntur fl. 3227 cr. 2.

Remanent fl. 4603 cr. 32 $\frac{1}{2}$ .

Similiter attaci secundi ordinis Creditores, praerecensito ex motivo

cum falcidia 12 cr. a singulo floreno contentabuntur per fl. 2476. cr. —

Resultabunt pro Praetendentibus Judaeis

fl. 2127. cr. 32  $\frac{1}{2}$ .

Quorum Judaicorum respectivè Creditorum summaria Praetensio una cum fl. 900 per viduam praetensis sumpta, quia fl. 3283 cr. 31 constitueret et remansam massam in fl. 1155 cr. 58  $\frac{1}{2}$  excederet, ideo haec ipsa excedens summa arbitrio ipsorum Judaeorum et genio, proque moris eorum exigentia, ubi Dos viduarum solum in tertialitate cadere fertur, subrepartienda relinquitur, quaeve summa si calculo aequali in falcidiam distributa fuerit, decedent a singulo quoque floreno indiscriminatim 21  $\frac{3}{4}$  cr.

Nec quid evincere posse videtur, quod forsitan vidua Dotem suam privilegiatam fore allegare posset, si quidem pari concursu viribusque et industria cum marito suo unitis quaestum exercuerit adeoque per haec et lucri et damni se participem effecisse dignosceretur.

Haec ista denique me ita sentire citra omnem laesionem Justitiae declaro, salvo altiori Judicio, prouti et praenotata motiva, Rationes et Circumstantias Inlyto praesenti Consessui ratihabenda, vel etiam in parte vel tote mutuanda obsequentissime defero, subscriptioneque mea dedico

Stephanus Rhohrer mpria

(Az úriszék határozata:)

Anno 1729. die 15 mensis Juny sub Sede Dominali in arce Laken-pachiensi celebrata, praesentata et perfecta est praesens, Perillustris ac Generosi Domini Stephani Rhoerer, Celsissimi Principatus Esterhasiani certorum Bonorum Inspectoris Declaratio, perque Eandem Sedem ratificata, ac pro norma et regula in similibus Casibus et circumstantiis observanda judicata.

Stephanus Nagy mp.

Stephanus Zeke mp.

Joannes Kecskés mp.

Ladislaus Kéry mp.

Lazarus Lukanics mp.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N. 38. — D. M.

1092.

1729. június 15. Lakompak. Austerlitz Majer és Hirschel kismartoni kereskedők ellen folyamatba tett kereslete hitelezőiknek.

Praetensiones Petri Quantin et aliorum contra duos utpote Majer et Hiersch Austerlicz Judaeos Kismartonienses qua Debidores:

Secundum duas literas Cambioles Capitale	fl. 700.	Siquidem productae literae Camboiales essent pro parte directi Creditoris, neque D. Petrus Quan-
Interesse pro ratu tem-	fl. 21.	poris
Expensae cum itineris	fl. 103.	Praetensio eiusdem stare non po-
sumptibus	fl. 824.	test pro hic et nunc. Interea siquidem Debtores contra Creditorem Josephum habeant reconventionem, fiat prius Computus.

Praetensiones Judaei Frösch  
Capitale, Interesse et Expensae

fl. 874. cr. 24.

Agnoscunt Debitum Debtores, sed quia reconventionem allegant habere, utraque pars ineat Computum coram competenti Instantia, seu Dominio suo.

Praetensiones Schröck mercatoris  
Capitale, Interesse et Expensae  
fl. 1880.

Directe huic Praetendentri non sunt Debtores, sed diversis mercatoribus pro rebus mercantilibus et diversis Terminis. Solutionem offerunt, sed non in parata pecunia, verum in rebus mercantilibus, vino etc.

Summa summarum fl. 3578. cr. 24.

Anno 1729. die 15. Juny in Arce Lakenpach sub Sede Dominali recognoverunt antelati Praetendentes, quod respective ad benignas Suae Sac: Maiestatis Literas non sint plures Instantes, nisi ipsimet.

Ol. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N. 38. — D. M.

1093.

1729. július (Bécs), Oppenheimer Izsák Náthán, cs. udvari zsidó, folyamodik Esterházy József herceg özvegyéhez, gr. Stahremberg Gundackerhez, gr. Erdődy Györgyhöz, az Esterházy József árvái gyámjaihoz: veje Aron József, a kismartoni zsidók bírája, aki 15 éven át szolgált a Cs. Udvari Kamaránál és sok förend udvarában, azután Kismartonba költözött és feddhetetlen életet él az Esterházyak szolgálatában is, Rhorer Istvánnak, az Esterházy-féle javak egy része inspectorának, alaptalan vádjaitól és szántszándékos üldözésétől szüntelenül szenved.

*Kéri a gyámokat, tiltsák el Rhorer Istvánt a hatalmaskodástól, vagy itéljen az Úriszék.*

Celsissima S. R. I. Principissa, Excellentissimi, et Illustrissimi Domini Comites, Domina Benignissima et Domini Gratiosissimi.  
Non praesumerem Celsitudini, et Excellentiis Vestris molestus esse, nisi extrema necessitas, et acerbus Generi mei Josephi Aron Judaeorum Kis-Martoniensium Judicis Status me licet invitum compellerent. Ille etenim a quindecim annis hic Viennae apud Excelsam Cameram Aulicam, et in variis Principum et Magnatum domibus negotia sua prosecutus, tanta cum probitate, et honestate vivit, ut nemini molestus fuerit, et nec Christiano, nec Judaeo ulli minimam ansam praebuerit de ipsis actionibus ex quoconque capite quaerulandi: Ante quadrigenium(!) vero ducta praevie in Matrimonium filia mea, Kis-Martonium translatus et eandem tranquillae vitae methodum professus, dum studio conatus omni sub benigna Celsissimae Principis Domus protectione in eo incumberet, ut pro humillima obligatione sua Celsitudini et Excellentiis Vestris obsequiosus, Vicinia gratus et Publico proficuus esse valeat, gravissima premitur calamitate: nescitur etenim, unde motus Dominus Inspector Stephanus Rhorer eundem ab illo momento, a quo, ipsis jussu indebito ad carceres tractatus et in certa pecuniaria summa mulctatus, dein vero agnita facti istius indignitate, ex Mandato Celsitudinis et Excellentiarum Vestrarum libertati restitutus fuerat, adeo valide persequi non cessat, ut nec ibi, nec Viennae subsistentem optata quies maneat. Ut autem multa alia silentio praetereantur, primum sortitur locum haec subtilitas: Praetextuavit quippe memoratus Dominus Inspector exiguo abhinc tempore Mandatum Excellentissimi Domini Con-Tutoris Comitis Erdődi, et illius sub fulcro tacite contra eundem Generum meum inquisivit, et variis modis Testimonia Judaeorum congregare studuit, ac si praefatus Joseph Aron Communitates Judaeorum concitasset, ut derelicta Celsissimae Principis Domus protectione Caesaream potius Protectionem afflagitent, taliterque omnem subjectiōnem excutiant. Cuius inquisitionis originem procul omni dubio exinde sumpserat, quod Excelsa Cancellaria Hungarica ad instar terrarum Regni Bohemiae a Judaeis in Hungaria subsistentibus Tolerantiam quampiam pecuniae summam exigere intenderit, et hunc memoratae Cancellariae Actum per Archi Rabinum Communitatibus Judaicis intimatum, idem Dominus Inspector ad innocentem Generum meum detorquere eundemque apud Celsitudinem et Excellentias Vestras tamquam concitatorem plebis incusare adnisus est. Videns autem, quod veritatis amantes Judaei juxta quaesita Domini Inspectoris fateri nolint,

2-do supersedit aliquantisper: Ast occurrente alia occasione arripuit non absimilem persecutionis et diminuendae Generi mei famae viam: Ubi

videlicet Hirschel et Majer Judaei Kis-Martonienses Austerlitcz appellati, declarato facultatum suarum lapsu, specificationem debitorum suorum eidem Domino Inspector exhibuissent et taliter Creditores suos eludere studuisserent. Habuit etenim dictus Gener meus Cambiales praefatorum Judaeorum Literas ad octingentos florenos semet extenderentes, quas iam antehac in me pro more inter Mercatores observari solito transtulit et per me ad alium translatae fuerant, quod autem Petrus Qvatin\* ad Cancellarium Regiam Hungaricam recurrerit, et Mandatum Regium ex-operatus fuerit, ideo quoquo Generi meo idem Dominus Inspector im-merito adscribit. Cuius facti circumstantias repetere supervacaneum existimo, cum 27-ma Majy ad Celsitudinem et Excellentias Vestras per eundem Generum meum delatae fuerint. Et cum haec non suffecerint, pro

3-tio et ultimo, depraedicat crebrofatus Dominus Inspector, quod Gener meus sit infamis, vagabundus et ex hac Civitate Archi-Ducali proscriptus, taliterque omnium virium conatu laborat, ut nulli criminis obnoxiam illius famam perimere possit. Quae omnia cum quotidie in deteriorius vergant, Genero autem meo nihil magis optabile sit, quam ut sub Protectione Celsissimae Domus pacem tranquilitatemque profiteri et una mecum totaque Familia mea Celsitudini et Excellentiis Vestris obsequiosus esse possit. Hinc ego fama periclitantis Generi filiaque meae misertus ad Celsitudinem et Excellentias Vestras cum omni submissione recurro demisse supplicans, ut ad praecavendas ulteriores Confusiones, Jurgia et Lites memorato Domino Inspector gratiosissime committere dignarentur, quatenus ille ab huiusmodi exquisita persecutione Generi mei supersedere, et licet considerata ipsius integritate et morum probitate nihil in ipso culpa dignum fore existimem, si tamen aliqua contra eundem occurrerit querimonia, illius revisio non privative ipsi Domino Inspector subjiciatur, sed eodem Genero meo praevie sufficienter auditio, ad Celsitudinem et Excellentias Vestras vel ex earundem gratiosa Delegatione ad Inclytam Sedem Dominalem deferatur. Non negliget vicissim Gener meus debitam Domino Inspector et aliis officialibus exhibere reverentiam et obedientiam. Ego autem iterum atque iterum benignitatem Celsitudinis et Excellentiarum Vestrarum demisse exoro et gratiosissimam praestolabor Resolutionem.

Celsitudinis et Excellentiarum Vestrarum  
Humillimus et obsequiosissimus

Isacc Nathan Oppenheimer  
Judaeus Ceasareus Aulicus.

Kivül: címzés.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N. 40. — D. M.

\* Aaron Jos. 1729. máj. 27.-én k. iratában Quantin név olvasható,

## 1729. AZ ESTERHÁZY-CSALÁD URADALMÁBAN LAKÓ ZSIDÓK SZÁMA.

<i>Summarische Juden Beschreibung in den Fürst: Graff undt Herrschafft: disz 1729. Jahr, wie folgt:</i>	<i>Hat sein eigenes Hausz</i>	<i>Hat Kinder in seinem brecht</i>	<i>Hat Kinder im Hausz in abge- sönderten brecht</i>	<i>Hat im Hausz Inwohner</i>	<i>Juden Partheyen von A: 720 - vom anderwertig hieher geh- hey Rath</i>	<i>Wie vill Schuldtt last auf dem Hausz Liget</i>
Graffschaft Forchtenstein	33	134	7	—	14	—
Hernstain	16	33	3	—	9	—
Lackhenbach	45	156	15	12	7	1
Eyszenstatt	38	112	5	40	—	1
Creutz	20	46	11	16	—	5
Koberstorff	16	60	8	—	20	—
<i>Summa</i>	168	514	49	68	54	2
						25
						978
						—

Zu nachdrückt: Information gehorsambst Beygefiegt wirdt, dasz zu Creutz anfäng: nur bisz 7: Behauste Partheyen gewesen seyndt, anietzo aber 20 Partheyen welche bis 30 Viert: Hoffstatt besitzen.

OL. Esterházy csal., bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. J., N. 156.

„Summaria Conscripicio Judaeorum in Dniis Celmi Ppatus Eszterhazyani ab intus, denominatis existentium.“ D. M.

## 1730. július 15. A keresztúri zsidók védlevele és kötelezettségük pontjai.

Der Creützer Juden Schuldigkeit.

Anno 1730. den 15-ten July ist nachfolgender Verlass vermög Vormundschaftlicher Resolution ergangen das:

1. Eine jedwede Verheyrathete Juden Partheÿ vor sich selbst der Herrschaft zu Einem schutzgeld Jährlich zahlen solle 6 fl.  
Eine unverheyrathete oder ledigen standts Person welche auff ihre

Eigene Handt die Handlung treibet soll Jähr: zahlen 3 fl.  
NB. Von diesen gaaben seýndt lauth Urbarj frey der Rabiner, Schul-singer, Schulklopfer, Schachter und todengraber.

2. Den Haüszer Dienst weilen die christ: unterthanen von jeder Wohnung, wie gering sie immer seýn mag, der Herschafft hiervon zahlen musz, also auch die Juden durchgehents Einer wie der andere von ihren wohnungen und haüszeren deren . . . bis 35 . . . hoffstätt gezahlet werden, zu Einem rechtmäzig gebührenden grund Dienst dem Herrschafft: Ambt vor jedwede gantze Hoffstatt Erlegen Jahr: 4, so Jahr: so Jahr. 35 fl. machet, maszen das Schutz-geldt nur Ein personal gefäll ist.

NB. Der Jud Perl Abraham zahlet von seiner halben Hoffstatt unter die Christen gemaind.

3. Wegen der Fleischbank zahlet die Judenschafft der Herrschafft 75 fl.
4. lauth des Anno 1701. mit der christen gemaind getroffenen Contract zahlen die Juden besagter christen gemeind wegen dazumahlen ingehabten Häuszern vor Robott, soldaten, Pfarr, Schul und Wacht-geldt 95 fl.
5. ist die Judenschafft verbundten Eine oder andere Herrschafftliche effecten zu versilbern und anzunehmen.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára; Rep. 83., Fasc. D., N. 79. (Egy-korú másolat.) D. M.

### 1096.

1731 július (Pozsony). Assur Mayr pozsonyi zsidó kéri az Esterházyak úriszékét, hogy adassa át néki Gerson Susman nagymartoni zsidó hol-miját, amely az ő számára megítéltetett.

Inlycta Sedes Dominalis, Domini Domini Gratiisi Colendissimi. Quandoquidem, moto ac suscitato fundamento liquidae Meae Praeten-sionis, Quinque mille in Capitali, praeter eiusdem accessoria, ad alios bis mille exurgentia, constituentis, coram Sua competentia, Excelso quippe Judicatu Aulæ Mareschallatus, contra et adversus Hebraeum, Gerson Susman dictum, in Anno adhuc promixe evoluto 1730. Processu, diversas ab antelato Mareschallatu ad Celsissimum Principatum Ester-hazianum obtinuisse Literas mutuo-Compassuales ac respective Trans-missionales, suo modo etiam Celsissimae Principissae exhibitas, et pree-sentatas, quibus per praetitulatam etiam Dominam Principissam citra ullampiam motam Exceptionem, Suo modo exhibitis et praesentatis, ad exigentiam earundem Compassualium primaevarum quidem, illico et statim praedicti Judaei Gerson Susman universae res mobiles ýsdem

compassualibus limpidius declaratae in oppido Matterstorff Inclyto Comitatui huicce adjacenti habitae, in sortem mei contentationis non tantum ex benigna Comissione praetitulatae Dominae Principissae inventatae ac aestimatae Sumptibus et Expensis meis fuissent, verum etian in praesentiarum usque sequestratae, et in sortem meae contentationis asservatae haberentur: Unde factum, quod ego per talismodi acceptationem antelatarum Literarum Compassualium non secus etiam implementum Justitiae meae ulterius quoque desiderans, alias etiam recenter evoluto mense Junij intuitu realis manibus meis fiendae antelatarum rerum mobilium traditionis et assignationis, praetitulatae Dominae Principissae a praelibato Aulae Mareschallatu emanatas auttentice iterato exhiberi et praesentari fecisset Literas Compassuales, hicce in genuinis Paribus una cum exhibitionis earundem Testimonialibus annexas.

Quia vero pro complemento legitimae meae Acquisitionis in conformitate earundem Compassualium nihil aliud, quam praevio modo in rationem mei sequestratarum adeoque in absolutum Jus meum modo praevio transeuntium, taliterque contentationi meae substratarum mobilium antelatarum realis traditio et apprehensio restaret.

Eapropter eidem Inclytae Sedi Dominali humillime supplico, dignetur rationibus ac motivis ex praeelegatis praevio modo erga compassuales praelibatas per praetitulatam Dominam Principissam acceptatas, ad rationem mei, adeoque absoluto Jure meo inventatas, impensisque meis aestimatas et sequestratas res antelati Judaei Gerson Susman mobiles, ad exigentiam praeannexarum Literarum Compassualium pro complemento legalis meae acquisitionis et contentationis instantaneè manibus meis Jure mihi incumbente realiter tradi et assignari facere. Pro qua gratia optatam praeestolaturus resolutionem permaneo

Eiusdem Inclytae Sedis Dominalis humillimus obsequentissimusque

Assur Mayer Hebr. Posoniensis.

Kívül címzés: Ad Inlytam Celsissimi Principatus Eszterhazyanae Sedem Dominalem.

OL. Esterházy család bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. F., N. 97. — D. M.

1097.

1731. szept. 9—szept. 20. között. (Pozsony) Assur Mayer pozsonyi zsidó kéri az Esterházyak dominiuma úriszékét, hogy Gerson Susman bécsi zsidó kereskedő Nagymartonban zárolt ingóságait az Udvari Mareschal illetékes ítélete szerint adassa ki néki tulajdonául, elütásítván gr. Windischgrätz Chr. Honorius meg más emberek hitelezők gyanánt Susman vagyonára nézve később bejelentett hamis követeléseiket.

Inclyta Sedes Dominalis, Domini Domini Gratiosissimi Colendissimi!  
Humillime repraesentare necessitor, qualiter ego contra Judaeum Vien-  
nensem Gerson Susman sic nuncupatum liquidam quinque millium flo-  
renorum in Capitali habens praetensionem contra eundem coram Ex-  
celso Aulae Marschallatus judicio, competenti quippe partium ibidem  
existentium foro[quum]legitimum institussem Processum, causamque  
meam respectu prae specificati substrati, tamquam justam ac aequam  
favorabiliter conclusam obtinuisse, subsequenter vero non existente  
sub jurisdictione praefati Excelsi Judicij Executionis fundo, seu re ad  
nominatum Judaeum Gerson Susman pertinente, consuetas compassua-  
les literas ad Celsissimum Principetum Esterhazianum inviatas, a repe-  
tito Excelsi Aulae Mareschallatu, unas quidem sub terminis respectivis  
de dato Diei 9. Septembris anni 1730., alias verò Generalibus de dato  
diei pariter nonae Februarij 1731. specialiter ad inprothocollationem  
mox dicendorum Effectuum vigore adjacentium Compassualium expe-  
ditas obtinuisse quas praeattactus Celsissimus Principatus non modo  
acceptasset, verum etiam virtute earum Effectus, Coria nimirum et vina  
ibidem reperibilia ad repetitum Gerson Susman pertinentia, inque pos-  
sessione Matterstorf Comitatutu isto Soproniensi existente, sub jurisdic-  
tione videlicet repetiti Principatus habita, per homines suos Dominales,  
in rationem praecensiti Crediti mei sequestrari, aestimari ac conscribi  
curasset, sportulis et sumptibus modo solito a me persolutis. Expost  
vero Illustrissimus Dominus Comes Christophorus Honorius Vindisgraz  
instinctu, ut credi par est, praeattacti debitoris mei, fratris substituti  
Matterstorfensis, prout et alii non nulli repetiti Gerson Susman Judaei  
praetensivi Creditores tam amici quam propinqui, post acquisitum jus  
meum prae iudicio semet ingerentes, cum mododicto Gerson Susman  
inter se mutuo cointelligentes, prout ex adjacenti specie facti B. uberior  
patet, ignoratur quo iure, quove ex fundamento saepe fatos effectus in-  
hiberi proprieque arestari ac deteneri curassent, taliterque a capessendo  
toties dictorum Effectuum justissime mihi competenti Dominio in pra-  
sens usque impeditus fuerim, quin imo ut certo inaudivissem, effectibus  
in iisdem, mediante alia sententia judicaria, me inauditio praeteritoque  
Principatu Celsissimo memoratus Comes a Vindischgratz Executionem  
quoque in manifestum jurisdictionis dicti Principatus Esterhaziani ac  
juris mei prae iudicium intentasset intentarique curasset, damno et pra-  
judicio valde gravi et manifesto. Quae omnia, ubi e re fuerit, edocere  
sufficienterque demonstrare paratus essem.

Quoniam vero crebrius fati Effectus, ut jam praecise in rationem  
Crediti mei conscripti, sequestrati et judicialiter aestimati adeoque vi  
Compassualium intabulati mei, sine facto meo meque inscio ad alterum  
transferri, ac me non citato nec juris ordine convicto, etiam actu quo-  
piam Judiciario, praecipue sine facto et consensu antelati Celsissimi

Principatus alteri assignari nequissent, talesque in rebus non citatorum intentatae Executiones ad mentem articulorum 33. et 34. novelarium, absque ullo poenae aliqualis incursu reýci ac bona tali modo executa ex fundamento nullitatis ejusmodi executionum re exequi valerent, deberentque. Ac proinde apud inclytam Sedem Dominalem humilime supplico, quatenus praecensitos Effectus et in legitimo foro adjudicatos, aliunde praedescripto jure modalitateque meos ab onere Inhibitionis, ac ne fors judicariae etiam Executionis expeditos, in liberum absolutumque Dominium, Possessionem ac Dispositionem meam assignare assignarique curare gratiose dignetur.

De reliquo protestando super cunctis emersis et emergendis, accessorys hujus Causae, contra quoscunque tandem ea mihi causantes, specialiter autem contra debitorem meum jam aliás prout supra convictionem, ipsiusque fratrem praejudicio mihi haec inferentem, et denique generaliter reservando cuncta reservanda, Inclytae Sedis Dominalis justitiae Conformem gratiam humillimis meis servitys praemereri adniliens persevero

Antetitularum Dominationum Vestrarum  
Humillimus indignissimusque servus

Assur Mayer Judaeus Posoniensis Palatinalis.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. ltára: Rep. 83., Fasc. F., N. 89. — Egykorú másolat. — Ide tartozik Rhorer Istvánnak (1731. aug) az uralkodóhoz intézett folyamodványa (u. ott. n. 99.) és Pálffy Miklós gr. (1731.) Sopron megye alispánjához küldött irata (u. ott. n. 101.). D. M.

1098.

1733. november. Kismarton. Lichtenstätter Dávid Áron árvái és örökösei kérlik Esterházy Pál Antal herceget, hogyja helyben és érvényesítesse azt az Esterházy Pál nádortól 1710. márc. 6-án nyert szabadságukat, mely az ő házuknak szabad közlekedést biztosít a kismartoni zsidó utcán át.

Hoch und Wohlgebohrner Reichs Fürst, Gnädigster Fürst und Herr Herr.

Euer Hochfürst: Durch: geruhens ausz beyligender Copia A: gnädigst zu ersehen, wie der Hoch-Seel: Fürst Paul Esterhasi Hochfürst: Gnaden Unseren unlängst verstorbenen Vatter Dávid Lichtenstätter Ein Privilegium zu erkauffung eines nunmehro aber an unsz gediehenen Hauszes gnädigst ertheillet, krafft welchen uns der freye ein und auszgang zur Juden Gasze Hauptsächlich zu geniessen sein

solle, also ist auch diszes bereits etliche und zwanzig Jahr, ohne das jemand hierwieder etwas ein wenden können oder dörffen bey behalten worden.

Da nun ungefähr ein Halbes Jahr, die Auszterlizische Juden, wieder rechtlich und ohne den Allergeringsten beybringen könnenden Rechts-Grund sondern ausz purer muthwill und eigensin, den Durchgang gespäret, wodurch unser gnädigst Habendes Hochfürst: Privileg entkräfftet, und solches wie vorhin nicht respectiren wollen.

Wenn nun bey Ew: Hochfürst: Durch: Höchst antrettende, mit Urterhänigst anwünschend immer dauernde gelücklicher Regierung, unsz Höchst deroselben angebohrnen Justiz Eyfer getröster auch mentionirtes Privilegio Confirmiren zu laszen, so nöthig alsz schuldig erachten. Als gelanget an Ew. Hochfürst: Durchleücht Unser unterhänigst ganz gehorsambstes Bitten, gedachtes Privilegium gnädigst Confirmiren, damit wir den freyen ausz und Eingang wie schon etliche und zwanzig Jahr genieszen und wegen eröffnung der Thür, dasz behörige seines orths allermildest und gerechtest ergehen zu lassen, Gnädigste willfährung und getröstten, und Ersterben,

Ewer Hochfürst. Durchleücht Unterhänigst-ganz gehorsambste  
David Lichtenstätter Hinterlessene Kinder und  
Erben alsz dero Schuz Verwandte Juden allhier.

Cimzés. — OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: Rep. 83., Fasc. B., N.  
43. [Ehhez tartozik u. o. Num. 44—45.] D. M.

### 1099.

1734. november 16. Bécs. Esterházy Pál Antal herceg elismeri Spitz Hirschl iránt még fennálló 17.508 frt 29 kr. adósságát és kötelezi magát annak meghatározott időben leendő megfizetésére.

Wir Paul Antoni desz Heil: Röm: Reichs Fürst Eszterhazy von Galantha, Erbherr der Graffschafft Forchtenstein, Eysenstatt etc. dero Röm: Kay: und Kön: Majestät Cammerer und der löbl: Oedenbürger gespannschafft Erb: Obergespann.

Verkunden und bekennen krafft gegenwärtiger Obligation, dasz wir dem Juden Hirschl Spitz wegen zu verschidenen mahlen uns anticirpirten Geld posten über die ihme unterm Heutigen Dato in paarem Gelt und zwar in capitali 16.000 Flor. an verfallenen Interesse aber 1000 Flor. per abschlag beschehene bezahlung annoch vermög hierüber bis Heütigen Dato gepflogenen abrechnung in Capitali Vierzehn Tausend Drey Hundert und Zwey Gulden vier und Zwanzig Kreüzer id est 14302 Fl. 24 kr. an Interesse aber 3206 Fl. 5 kr. richtig schuldig ge-

blieben seyn; Dahero den Selben hiermit versichern, dasz Ihme das Besagte Rückständige Interesse deren 3206 Fl. 5 kr. successive per Cassa und zwar ehistens abführen lassen wollen; Capital aber deren Rückständig verbliebenen 14302 Fl. 24. kr. sambt denen von Heuntigen Dato abzurechnen kommenden 6 pro Cento Interesse gleichfalls nach Verpflichtung Dreyen Monats Frist vollständig zu bezahlen und entrichten zu lassen schuldig und verbunden seyen. Urkund dessen wir bemelten Juden Hirschl Spitz und denen Seinigen gegenwärtige Schuld-Verschreibung mit unser Hand Unterschrift und fürstlichen Insignis Bey-Drückung gefertigter auszfolgen lassen. Wien den 16. Novembris. Anno 1734.

Anton Fürst Eszterhazy.

OL. Esterházy csal. bpesti hitbizom. Itára: — Rep. 83., Fasc. G., N. 116. — Hitelesített másolat (1736. I. 23., Bécs). — Más példányban az aláírás: „Esterházy”.

D. M.

1100.

1735. szept. 2. A gyulafejérvári zsidók összeírása.

Conscriptio Judaeorum in civitate Alba Carolinensi Comitatuque Albensi Transilvaniae degentium, et commorantium, quos nos infra-scripsi anno currenti 1735. die vero secunda mensis Septembris ad speciale excelsi regii gubernii, et inclyti caesarea regii Transilvanici supremi camerae directorii mandatum mutuo consilio determinatum.

Juxta instructionem et puncta ab eodem inclyto cameratico directorio nobis transmissa, exacto ab iisdem decretali juramento, fassiones eorundem sequenti methodo recepimus, quorum series sequitur hoc modo.

Constitutus primus fatens David Benjamin, annorum circiter 25., judex actualis et primarius totius nationis Judaicae in Transilvania degensis.

Interrogatoria.

1-mo. Unde oriundus, cuius nationis, an uxoratus?

2-do. A quo tempore in Transilvania et in loco, quo moratur?

Responsoria.

Originem trahit ex Polonia, loco, quo nescit, natione Judaeus, est uxoratus.

Natus est in Transilvania Albae Carolinae.

- 3-tio. An sit in Transilvania domiciliatus? An scilicet habeat propriam domum? et a quo tempore?
- 4-to. An antequam domicilium fixisset, fuerit sub aliqua compagnia, et cum illa contribuerit, sub qua et quantum annuatim?
- 5-to. An non etiam post fixum in Transilvania domicilium contribuerit ad aliquam compagniam, praeter quantum cadens in domicilium?
- 6-to. Cum sit domiciliatus, quo titulo, et an simul appertinentias possideat?
- 7-mo. Qualem et quibus rebus suum quaestum exerceat, an solum intra limites hujus principatus, vel etiam in alias provincias?
- 8-vo. Si non sit amplius sub compagnia, a quo tempore ab ea recessit, et qua de causa?
- 9-no. Sub qua potestate, jurisdictione, et sub cuius protectione de praesenti persistit, et ubi contribuit?
- Nullam habet domum propriam; sed in taxa conductam.
- Est sub compagnia Judaeorum Transylvaniensium, solvit annuatim in taxam episcopalem, et quantum provinciale florenorum Hungaricalium viginti quinque, denariorum sexaginta.
- Ad nullam aliam compagniam praeter jamdictam contribuit.
- Titulo taxaticio, cujus taxa annalis extenditur ad florenos Hungaricales Viginti quinque.
- Quaestum exercet variis mercibus, ex Turcia, et Vienna allatis, in quibus stant pro capitali floreni Rheenses 952 et hoc intra limites Transilvaniae unde nihil lucri hoc anno habuit, propter suum socium, qui ad varia eum inducens, ubique damnum ei causavit.
- Uti praemissum. Sub compagnia Judaeorum est.
- Est sub potestate, jurisdictione et protectione excelsi regii gubernii et excellentissimi domini episcopi Transilvaniae, vacante autem sede episcopali, sub jurisdictione inclitae camerae Transilvaniae, et contribuit ad communem contributionem provinciae.

Constitutus secundus fatens Mojses Judas annorum circiter 28.

- 1-mum. Originem trahit ex Turcia, et quidem civitate Nicopoly, natione Judaeus, est uxoratus.  
2-um. Natus est in Transilvania Albae Carolinae.  
3-um. Nullam habet domum propriam; sed in taxa conductam.  
4-um. Est sub compagnia Judaeorum Transilvaniensium, solvens in taxam episcopalem, et quantum provinciae florenos Hungaricales triginta, denarios quadraginta.  
5-um. Ad nullam aliam compagniam, praeter jam dictam contribuit.  
6-um. Titulo taxaticio possidet domum, cuius taxa annualis extenditur ad florenos Hungaricales triginta.  
7-um. Quaestum exercet Turcicis, et a potiori mercibus Vienna allatis intra limites Transilvaniae, unde habet lucri, praeter expensas domus hoc anno florenorum Hungaricalium ducentos, post capitale bis mille florenorum Hungaricalium.  
8-um. Ut praemissum: sub compagnia Judaeorum.  
